

Zwei Theatermasken. Mosaik aus der Villa Hadriana in Tivoli. 2. Jh. n. Chr. Rom, Musei Capitolini.

## So ein Angeber!

T

Der römische Dichter Plautus hat eine berühmte Komödie über einen angeberischen Soldaten geschrieben. Der Diener des Soldaten stellt ihn dem Theaterpublikum vor …

Servus: „Hic vir dominus meus est. Semper se et facta sua laudat. Etiam ego hunc virum laudo. Huic enim gratiam habeo, quod mihi semper pecuniam et cibos bonos dat. Audite huius verba!“
Miles: „Videte hos umeros meos! Quis umquam tam fortes umeros vidit? His umeris meis omnes hostes superabo. Sed ubi est servus? Vocem illius audivi – ubi est ille?“
Servus: „Stat apud virum fortem, qui etiam Martem deum superat.“
Miles: „Nonne ego sine copiis cunctos hostes vici? Ne Mars quidem me superat.“
Servus: „Hoc tibi dico: Etiam discipuli de audacia et gloria tua legunt semperque legent. Tenesne memoria te in India[1] his manibus tuis elephantum[2] superavisse?“
Miles: „Pah! Facile fuit illud monstrum occidere.“
Servus: „Neque mirum est te apud feminas multum valere. (augenzwinkernd ins Publikum deutend:) Illae feminae, quas ibi vides, tecum vivere volunt. Formam tuam laudant.“

Miles: „Haec iam scio. Sed nunc duc me ad tabernas! Hac enim hora vinum dulce bibere volo. Etiam te hodie vinum bibere sinam.“

[1] India: *vgl. Fw.*
[2] elephantus: *vgl. Fw.*

V

**a)** 1. Gib die Angebergeschichten des Soldaten der Reihe nach an. 2. Beschreibe das Auftreten des Dieners. Warum verhält er sich so? 3. Begründe die Verwendung der Demonstrativpronomina hic und ille. Beachte eine treffende Wiedergabe der Formen von ille.

**b)** 1. Hic locus pulcher est, ille locus mihi non placet. 2. Haec femina in foro cibos vendit, illa femina templum adit. 3. Hoc monumentum novum, illud antiquum est. 4. Huic viro magnum donum, illi ne parvum quidem dedi.

**c)** Vokabeltheater. Stellt euch möglichst viele der neuen Lernwörter gegenseitig vor, indem ihr sie pantomimisch darstellt.

**d)** Plautus – ein beliebter Theaterdichter in Rom
1. Romani fabulas Plauti et legebant et in theatro (vgl. Fw.) libenter spectabant.
2. Facile erat fabulas huius viri amare.
3. Etiam fabulam de illo milite superbo, qui formam suam laudabat, diu memoria tenebant. 4. Cum Romani Plautum in via vel in taberna aspexerant, clamabant: „Ecce hunc virum clarum! 5. Quis umquam nos tam pulchris fabulis delectavit?“